*Terra.* 1. *eſt.* 2. *unum ex qvatuor Elementis,* 3. *ſiccum* 3. *inter reliqva max me denſum.* 3. *ideoq; graviſſimũ.* 4. *licet minimum,* 6. *in centro Mundi poſitum,* 8. *mayori ex parte ab aqvis tectum.* 9. *à Deo Optimo Maximo,* 5. *in principio, vnà cum cœlo conditum.* 10. *ad variarum animantiũ, in primis autem Hominum habitationem.* 7. *pro qvorum ſuſtentatione, herbas fructusq; diverſos, multaq; alia producit.*

Definitio Theologica Angeli boni.

*Angeli boni,* 1. *qvanvis nullo ſenſu percipi poſſint, reipſa tamen exiſtunt,* 2. *& ſunt Spiritus,* 3. *divini, creaturarum omnium nobiliſſimi.* 4. *nulla qvidem mole, ſed eſſentia ingentes.* 5. *immortales,* 6. *cœli incolæ.* 7. *fœlicitate ſumma fruentes.* 8. *nullo unqvam malo obnoxij.* 9. *à Deo Opt. Max.* 5. *ſtatim ab exordio Mundi.* 10. *ad gloriam, & laudem ſuam conditi.*

De-

**Slika 4.** Vrančićeva definicija zemlje kao elementa u *Logici*: predmet značajnog de Dominisova prigovora. Yustus Verax Sicenus, *Logica suis ipsius instrumentis formata* (Venetiis: Apud Ioannem de Albertis, 1608), f. 27v. S dopuštenjem rimske knjižnice Alessandrine.

## Articulus XV.

### Archiepiscopus

Syllogismus solus est verum et totum subiectum logicae,[44] quia logica debet regere et securum reddere intellectum humanum, ne erret in indagine, dum ex cognitis infert incognitum.

Intellectus porro non eget directione in simplici apprehensione, neque in compositione aut divisione, sed in solo discursu. Quum si quid tractat logica de terminis, de enuntiationibus et propositionibus ac definitionibus, omnia tractat in gratiam syllogismi.

Et nunquam logicus aut definit aut dividit nisi ut inde formet syllogismum, id est ut doceat quomodo syllogismus debeat fieri bonus et tutus, qui concludat, nec decipiat sive ratione formae sive ratione materiae.

### Episcopus

Superius Dominatio Vestra Reverendissima Articulo 1 dicit, quod logica tradat unum vel plura instrumenta. Eodem Articulo dicit definitionem, divisionem, argumentationem esse haec instrumenta. |[54] Deinde Articulo 4 dicit argumentationem esse praecipuum et fortasse solum instrumentum scientiarum, articulo 6 methodum esse unum ex instrumentis, articulo vero 9 dicit esse plura instrumenta, quibus philosophus ex notis ignota cognoscat. Hic autem asserit *syllogismum solum esse verum et totum subiectum logicae*. Et sic non possum assequi, quid omnino sentiat de methodo, de argumentatione, de syllogismo, de logica, de subiecto ac instrumentis eius.[45]

---

[44] Tom se tvrdnjom de Dominis suprotstavlja kako Vrančićevu razumijevanju silogizma kao tek jednog od četiriju oblika dokazivanja (*argumentatio*), tako i Vrančićevoj trodiobi logike po oruđima.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), f$_2$. 31r–31v:

»Altera autem [argumentorum divisio] sumitur a forma ipsorum, quae est quadruplex. Argumentorum enim aliud est syllogismus, aliud enthymema, aliud inductio, aliud exemplum. <…>

4. Syllogismus autem est praecipua et perfectissima forma argumentationis seu ratiocinationis, qua, secundum certas figuras et modos rite disposita, ex notis et concessis ignota seu non concessa demonstrantur et evincuntur.«

Usp. Verantius, *Logica nova* (1616), p. 44, s drugačijom stilizacijom: »Argumentationum enim alia forma est syllogismus, alia enthymema, alia inductio, alia exemplum.«

[45] Za razliku od ostalih odgovora Vrančić ovdje ne odgovara samo na de Dominisov prigovor upućen u »Articulus XV« nego pokušava dati sintetički odgovor na pet de Dominisovih prigovora (I, IV, VI, IX, XV): »jer ne mogu slijediti što [de Dominis] uopće misli o metodi, o argumentaciji, o silogizmu, o logici te o njezinu podmetu i oruđima.«

Navode iz de Dominisovih prigovora u Vrančićevu odgovoru kosopisom istaknuo Ivica Martinović.

Secundo, dicit quod logica dirigit intellectum nostrum, non quidem in consideratione terminorum, enuntiationum aut definitionum et divisionum, quia in iis non indiget directione, sed in solo discursu, hoc est ut ipsa intelligit syllogismo, *in cuius gratiam omnia ista tractantur*. At ego vellem scire, quomodo intellectus ista bene tractare possit sine directione. Cur logici in iis omnibus enucleandis tantum laborent, si etiam alogis sunt pervia? Et si sunt principia seu partes, ex quibus formatur syllogismus, propter quem omnia ista tractantur, qua ratione indiget intellectus discursu, ut bonum inde formet syllogismum, non indiget autem discursu, ut cognoscat has eius partes? Itaque vanus erat Socrates, qui bene dividentem adeo suspiciebat? Falsum est illud tritum in scholis dictum: *Qui bene distinguit, bene docet*?

Tertio, dicit *logicum nunquam definire aut dividere nisi ut inde formet syllogismum*. At ego ipse in hac logica plures posui definitiones et divisiones, nec tamen ullum ex iis formavi syllogismum; et hoc idem faciunt reliqui logici. Sed et philosophi naturales, morales, medici et aliarum facultatum doctores multas et definitiones et divisiones in suis tractatibus ponunt neque tamen ex iis deinde syllogismos formant. Nam syllogismis tunc saltem utuntur, quando contraria aliqua opinio seu obiectio, tacita vel expressa, exsurgit, ut eam ratione data evertant. Quid enim opus est concertatione syllogistica, ubi nemo est, qui se opponat? At in tradenda scientia perpetuus est usus definitionum ac divisionum, uti iam diximus.[46]

## Articulus XVI.

### Archiepiscopus

Philosophus ex proprietatibus colligit per discursum naturam |[55] rei. Ea enim per se est ignota neque innotescit initio, nisi post indagines mediante discursu.[47]

---

[46] O trajnoj uporabi definicija i divizija u logici Vrančić je izlagao u uvodu svoje *Logike* i ponovo u uvodu svoje *Nove logike*.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 8; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 5: »Haec [= Definitio, divisio et argumentatio] sunt tria illa instrumenta, quibus omne genus disserendi seu omnis ratio docendi continetur.«

Drugačije izrečeno, [Verantius], *Logica* (1608), p. 11: »Ii videant, quaeso, quomodo argumentabuntur, nisi prius aliquam positionem statuant, de qua sit disceptandum. At omnis eiusmodi positio seu enuntiatio est pars definitionis aut divisionis.«

Usp. i Verantius, *Logica nova* (1616), p. 7.

[47] De Dominis prigovara Vrančiću zbog njegova opisa kako filozof pristupa naravi stvari koju proučava: prvo opisuje narav, potom nabraja njezine vrste i dijelove, napokon dokazuje prije izložene tvrdnje ako je potrebno. Rabljanin je uvjeren da se narav stvari ne poznaje na početku nego se spoznaje »poslije istraživanjā posredstvom rasprave«. Na ovom se mjestu →

### Episcopus

Ego hoc loco non disputo, qua ratione philosophus naturam rerum sibi ignotarum indagare debeat. Sed ostendo modum, quo sibi iam cognita aliis, qui ea non cognoscunt, commode nota facere possit.[48]

## Articulus XVII.

### Archiepiscopus

Grammatica, rhetorica, arithmetica practica, architectura et infinitae similes artes – omnes sunt orationes docentes. Ergo omnes istae erunt subiectum logicae?[49]

### Episcopus

Etiam omnes, quatenus docentur et discuntur. Nam sicuti quicquid cuditur subicitur maleo, ita quicquid sermone vel scripto docetur est subiectum logicae. Et ideo qui vult bene docere quancunque facultatem, opus est ut praeceptis logicis sit imbutus. Hinc fit quod multi grammatici, iuristae et alii male doceant, quia illis carent.[50]

---

možda ponajbolje očituje razlika između njihovih pristupa – pristupa logičara Vrančića i pristupa znanstvenika/filozofa de Dominisa.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), pp. 11–12:

»Nam quemadmodum orator in primis narrationem facit, deinde eam, ubi dubia esse videtur, rationibus et testimoniis confirmat, ita et philosophus primo rei, de qua agit, naturam describit et species partesque eius enumerat; postea, si oportet, ea quae asseruit argumentis devincit.«

Usp. Verantius, *Logica nova* (1616), p. 7.

[48] Vrančić uzvraća de Dominisu da je htio pokazati kako filozof ono što mu je već znano – a to je narav stvari – može na prikladan način učiniti poznatim onima koji tu narav ne znaju. Šibenčanin izrijekom upozorava Rabljanina da »na ovom mjestu« (*hoc loco*) posao filozofa opisuje iz perspektive naučavajuće logike, a ne iz perspektive istraživanja nepoznatoga.

[49] Ovim prigovorom de Dominis propituje Vrančićevu tvrdnju da je svaki govor poučnoga karaktera (*oratio docens*) »primjeren podmet logike« (*subiectum adaequatum logicae*).

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 12; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 7: »Nos autem dicimus orationem docentem esse subiectum adaequatum logicae, et eandem orationem ponimus pro genere harum trium partium seu instrumentorum logicae.«

[50] Vrančić među nužne korisnike logike ubraja pravnike, nakon što je de Dominis u svom prigovoru stavio u prvi plan gramatiku, retoriku, praktičnu matematiku i arhitekturu.

## Articulus XVIII.

### Archiepiscopus

Logica non docet docere,[51] sed docet ratiocinari et, secundum multos, docet etiam dividere, definire etc. Et si doceret docere, nihil aliud traderet nisi praecepta methodi, nec serviret nisi doctoribus et tamen servit etiam tyronibus, dum procedunt proprio marte in rerum cognitionem, et saepe mediante logica fecerunt discipuli plurimum negotii suis magistris in scientiis.

### Episcopus

Si logica docet ratiocinari, dividere, definire, enuntiare, quo fit ut non doceat docere? Quo enim alio modo docemus nisi enuntiando, definiendo, dividendo, ratiocinando? Et si methodus docet docere, quomodo non etiam logica doceat docere, quum methodus sit unum ex suis instrumentis, uti Dominatio Vestra Reve-|[56]rendissima fatetur Articulo 6. Si tam apertae rationes non sufficiunt, addam auctoritatem Soarez [→ Suárez], qui idem dicit quod ego: *Disp. 1*,

---

[51] Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 12: »Docet enim logica, quomodo sit docendum, id est omnibus doctoribus in quacunque facultate modum ostendit seu dat formam sensate et solide disserendi; ipsae autem facultates singulae suas materias subministrant.«

Usp. Verantius, *Logica nova* (1616), p. 7, s pridodanom uputnicom na dva izvora u *Novoj logici*:

»Docet enim logica, quomodo sit docendum, uti Plato in *Sophista* ait, et Suarez in sua *Metaphysica Disputatione 1*, *Sect. 5*, *num. 36*, *37*. Id est, omnibus doctoribus in quacunque facultate modum ostendit seu dat formam sensate et solide disserendi; ipsae autem facultates singulae suas materias subministrant.«

Umjesto *num. 36*, *37* treba ispraviti: *num 35*. Usp. Franciscus Suárez, *Metaphysicarum disputationum, in quibus et universa naturalis theologia ordinate traditur, et quaestiones omnes ad duodecim Aristotelis libros pertinentes accurate disputantur, tomus prior*, cum quinque indicibus (Venetiis: Apud Io. Baptistam Colosinum, 1605), »Disputatio I. De natura primae philosophiae seu metaphysicae«, pp. 2–47; »Sectio V. Utrum metaphysica sit perfectissima scientia speculativa veraque sapientia«, pp. 27–39, na p. 35b, n. XXXV:

»Quod si alicui scientiae haec proprietas attribui potest, certe potius dialecticae esset tribuenda; nam *illa docet discere et docet docere*, ergo aptior illa est ad docendum quam omnis alia. Atque ita Plato hoc munus dialecticae accommodat *in Dialogo de ente vel Sophista* et ideo ibidem et *7. lib. de Repub.* eam praefert omnibus scientiis.« Kosopisom istaknuo Ivica Martinović.

Nadalje u bilješkama: Suárez, *Metaphysicae disputationes* (1605).

Usp. Emmanuel J. Bauer, »Francisco Suárez (1548–1617): Scholasticism after Humanism«, u: Paul Richard Blum (ed.), *Philosophers of the Renaissance* (Washington, D.C.: The Catholic University Press, 2010), pp. 236–255, osobito u poglavlju »Suárez's Metaphysics: The Innovative Element in Methodology and Structure«, pp. 241–246.

*Sect. 5*, *num. 36 et 37*.[52] Quomodo autem serviat logica tam discentibus quam docentibus, iam diximus.[53]

## Articulus XIX.

### Archiepiscopus

Definitio perfecta unica constat propositione seu enuntiatione, non ergo pluribus constat.[54]

### Episcopus

Clarum est unum non esse plura. At inde nihil concluditur. Addenda erat ratio huic assertioni[55], deinde refellendae erant meae de hac re probationes, quae sunt in contextu. Verum sua haec sententia non solum contra me est, qui longas definitiones facio,[56] sed etiam contra ipsum Aristotelem, qui dicit definitionem constare ex genere et differentia, hoc est ex duobus praedicatis.[57] Duo autem

---

[52] Vidi bilješku 51. Ovdje Vrančić prvi put upućuje na: Suárez, *Metaphysicae disputationes* (1605), *Disputatio I., Sectio V.*, ali ponovo s netočnim brojem: umjesto 36 i 37 treba ispraviti: 35.

[53] Usp. [Verantius], *Logica* (1608), pp. 7–8; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 5. Vrančićeva gledišta o tom pitanju vidi u bilješci 21.

[54] Na dvama mjestima u poglavlju »De definitionibus« Vrančić spominje »najsavršeniju definiciju« (*definitio perfectissima*).

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 23; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 13: »Partes definitionis perfectissimae (ea autem est substantiarum perfectissimarum) sunt ipsa decem praedicamenta.«

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), $f_1$. 27r:

»Hae decem quaestiones seu haec decem praedicamenta sunt loca, uti diximus, perfectissimarum definitionum et deserviunt perfectissimis substantiis. Nam minus perfectae substantiae habent minus perfectas definitiones. Ita etiam partes substantiarum habent imperfectas definitiones et tanto magis ipsa accidentia, quum sint quaedam imperfecta entia ideoque pauciora praedicata habebunt.« Usp. i Verantius, *Logica nova* (1616), p. 16, s jednom dodanom riječi.

Vidi i likovni prikaz predikamenata na crtežu pauna: [Verantius], *Logica* (1608), p. 4 (sl. 3); Verantius, *Logica nova* (1616), na naslovnici (sl. 2).

[55] corr. ex *assertiori*

[56] Usp. devet Vrančićevih primjera definicije u: [Verantius], *Logica* (1608), $ff_1$. 27r–30r; Verantius, *Logica nova* (1616), pp. 17–20. Primjerice, definicija zemlje kao elementa ima 12 stavaka ili izreka, definicija upale pluća (*peripneumonia*) kao bolesti devet, definicija omana (*helenium, enula campana*) kao biljke ljekovite za plućne bolesnike dvanaest, a definicija Didone kao možebitne povijesne osobe devet.

[57] Usp. Aristoteles, *Metaphysica* VII, 12; 1037b29–30. Vidi *Aristotelis Opera*, Volumen tertium: Aristoteles Latine interpretibus variis (Berolini: Academia Regia Borusica / Apud →

praedicata duas propositiones simplices faciunt. Nam enuntiatio simplex uno subiecto et uno praedicato subsistit, uti iam diximus.[58]

## Articulus XX.

### Archiepiscopus

Terminus pluralis et singularis sunt tantum grammaticorum.[59] Nam in logica sunt universalis et particularis et singularis, qui est de solo certo individuo. Universalis vero et particularis potest esse tam in numero singulari quam in numero plurali, ut: *Omnis homo est animal*, et: *Omnes homines sunt animalia*. Ita: *Aliquis homo est prudens*, et: *Aliqui homines sunt prudentes*. *Currit* et *fugit* non sunt individuum, ut si dicas: *omnis fugiens currit*, *omnis timidus fugit*.

### Episcopus

Grammatici Latini habent duos numeros, Graeci vero tres. Ita boni quoque logici debent habere tres, ut clare et distincte loquantur. Apud grammaticos *animal* et *homo*, *currit* et *fugit* semper sunt numeri singularis, apud logicos vero quandoque sunt numeri universalis quandoque singularis. Et signo |[57] apposito cognoscuntur cuius sint quantitatis. Hac ratione: *Omne animal currit* et *Omnis homo fugit* sunt termini universales. Item *hoc animal currit* et *iste homo fugit* sunt termini singulares.

Vicissim: *animalia*, *homines*, *currunt*, *fugiunt* – apud grammaticos Latinos sunt semper numeri pluralis, quia non habent grammatici numerum universalem separatum a plurali. Apud bonos autem logicos aliud est universale, aliud vero plurale. Nam dicere: *Omnia animalia et omnes homines currunt*, est universale. Dicere autem: *Multa animalia fugiunt*, vel: *Pauci homines currunt*, nos putamus magis apposite dici plurale quam particulare. Uti vos loquimini: non enim agitur hic de partibus neque de particularibus, sed de pluribus, multis et

---

Georgium Reimerum, 1831), p. 508a: »Nihil enim aliud in definitione est nisi (quod primum dicitur) genus et differentiae.«

[58] Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 16; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 9: »Id [= enuntiatio simplex] fit cum uni subiecto unum praedicatum adnectitur.«

[59] De Dominis prigovara Vrančiću zbog podjele iskazā po kolikoći, točnije zbog uvođenja množinskoga iskaza (*enuntiatio pluralis*).

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 17; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 10:

»[Species enuntiatiorum] Secundum quantitatem vero tres: alia namque est enuntiatio universalis, alia pluralis, alia singularis.«

paucis.[60] Hic iterum habet locum illa Platonis admonitio,[61] ne vocabula tantum sectemur, sed in res ipsas intendamus, et sic eis verba accommodemus.

## Articulus XXI.

### Archiepiscopus

1. *Nihil agendo nugantur*.[62] Hoc erat probandum et ostendendum, quare nugantur.

2. Nomen et verbum, ut sunt partes orationis, *spectant ad grammaticum*; quatenus vero sunt partes enuntiationis, spectant ad logicum.[63]

### Episcopus

1. Manifestum est omnem terminum aut mente sola concipi aut voce aut scripto exprimi. At haec divisio et consideratio non solum terminis, sed et enuntiationibus et definitionibus et caeteris omnibus logicis instrumentis, quin et grammaticis et rhetoricis applicari potest, quod tamen puerile esset, ideoque minime fit; quia diversas species differentiae essentiales faciunt, et non accidentales, multo minus communes multis et non earum propriae. Hoc idem diximus de logica utente et docente.

---

[60] Ovdje Vrančić obrazlaže zašto je prikladnije koristiti nazivak *enuntiatio pluralis* umjesto ustaljenoga *enuntiatio particularis*.

[61] Usp. treću Platonovu izreku u *mottu* Vrančićeve *Logike*: [Verantius], *Logica* (1608), p. 6; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 3.

[62] De Dominisov se prigovor odnosi na završni odlomak poglavlja »De terminis«, u kojem je Vrančić ustvrdio da su termini »vlastita, jedina i prva počela logičarā«, a suprotstavio se podjeli terminā na mentalne, govorne i pisane, kao i sličnim podjelama. Nadbiskup potiče biskupa čanadskoga da to svoje suprotstavljanje obrazloži.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 15; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 9:

»Ii, qui dividunt terminos in mentalem, vocalem et scriptum, et multis aliis modis similibus, *nihil agendo nugantur*. Qui vero altius incipiunt et de sono ac voce vel de nomine ac verbo tractant, in rem alienam involant. Manifestum enim est, tractationem de voce et sono ad physicum, de nomine autem et verbo ad grammaticum spectare; terminos autem esse propria, sola ac prima logicorum elementa.«

Vrančićev izričaj s pomoću kojega je de Dominis oblikovao svoj prigovor kosopisom istaknuo Ivica Martinović.

[63] De Dominis prigovara Vrančiću što je raspravljanje o imenici i glagolu dodijelio isključivo gramatičaru, a Vrančić mu odgovara da je primjerenije logičaru iskaz razdijeliti na termine.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 15; Verantius, *Logica nova* (1616), p. 9: »Manifestum enim est, tractationem <…> de nomine autem et verbo *ad grammaticum spectare*; <…>«.

Vrančićev izričaj s pomoću kojega je de Dominis oblikovao svoj prigovor istaknuo kosopisom Ivica Martinović.

2. Bene dicit Dominatio Vestra Reverendissima quod nomen et verbum sunt partes orationis et quod ad grammaticum spectent. Et ideo enuntiationes suas logici magis apte in terminos dividunt, nec indigent nomine ac verbo. Nam si admittimus nomina et verba in scholas logicorum, necessarium profecto erit admittere etiam attributa eorum et sic incipient logici nomina quidem per casus et numeros inflectere, verba autem per modos et tempora modulari. |[58]

## Articulus XXII.

### Archiepiscopus

Enuntiatio non bene definitur, quod sit oratio brevissima.[64]

Primo, quia potest esse etiam satis longa, ut si dicas: *Quicquid in sua essentia necessario includit sensum ac motum, debet connumerari inter animalia quae vivunt* est una et vera ac perfecta enuntiatio neque tamen est oratio brevissima.

Secundo, quia si dicas *Ego libenter caenarem* est oratio brevissima et aliquid certi indicat et tamen non est enuntiatio.

### Episcopus

Hic iterum verba numeramus, ad rem vero non attendimus. Nam haec oratio, quae vocabulis redundat, re ipsa brevissima est et sic pronuntiari potest: *Quicquid sentit et movetur est animal*. Est bona, perfecta et vera enuntiatio, at non simplex; habet enim duo praedicata.[65]

---

[64] Pri oblikovanju prigovora de Dominis previđa da je Vrančić kao »najkraći govor« (*oratio brevissima*) okarakterizirao *enuntiatio logica simplex*, ali ne i *enuntiatio composita*, jer se složenom izrekom u svojoj elementarnoj *Logici* i ne bavi.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), u poglavlju »De enuntiationibus« na pp. 15–16:

»Enuntiatio logica simplex est oratio brevissima, perfecta tamen et aliquid certi indicans, ut: *Homo est rationalis.*

<…> Enuntiatio autem composita est, quae plura vel subiecta vel praedicata in se continet, id est in plures enuntiationes simplices resolvi potest, ut: *Deus mundum condidit et gubernat*. *Homines et iumenta salvabis. Si Sol est, dies est*. De hac nos nihil agemus.«

Usp. i Verantius, *Logica nova* (1616), p. 9, uz promjene u tekstu:

»Enuntiatio logica simplex est oratio docens, brevissima, perfecta tamen et aliquid certi indicans, ut: *Homo est rationalis*. *Satyri non sunt* [*rationales*].«

[65] U svom odgovoru Vrančić izrijekom tvrdi da je i složeni iskaz, u ovom primjeru iskaz s dvama predikatima, savršen.

Secunda oratio *Ego libenter caenarem* – si non est enuntiatio, quid ergo est? Nonne habet subiectum et praedicatum suum? Sed forte dicet, eam non pertinere ad philosophum. Id vero ego facile concedo. At logica non solum philosophis deservit, sed omnibus etiam aliis, qui *cum ratione loqui* volunt, uti iam diximus.[66]

## Articulus XXIII.

### Archiepiscopus

Cur negabat auctor de veritate et falsitate agendum logico,[67] si argumentationem ut partem logicae affert, ad hoc ut veritas et falsitas innotescat?

### Episcopus

De veritate et falsitate agunt ii, qui illarum rerum quas profitentur scientiam habent, et non logici. Ut autem id efficiant et persuadeant, utuntur argumentatione, cuius modum ac formam a logicis mutuantur.

## Articulus XXIV.

### Archiepiscopus

De quarta figura Galeni nihil dicitur et tamen datur distincta a tribus Aristotelis.[68]

---

[66] Izričajem *cum ratione loqui* Vrančić podsjeća de Dominisa na definiciju logike koju je objavio na početku svoje *Logike*.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), p. 7: »Logica seu dialectica est ars docendi scientias, vel: est modus cum ratione loquendi.«

[67] De Dominis osporava odlomak u kojem se Vrančić suprotstavlja »preslavnoj podjeli« na istinite i neistinite iskaze i prednost daje podjeli na ‘dobre’ i ‘loše’ iskaze, koju podjelu razumijeva iz perspektive formalne valjanosti, a ne iz perspektive etičke prosudbe.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), u poglavlju »De enuntiationibus« na pp. 21–22; Verantius, *Logica nova* (1616), pp. 12–13:

»Neque tamen dignabimur locum dare aliquem illi celeberrimae divisioni, quam plerique omnes reliquarum cunctarum principem faciunt. Haec illa est, qua enuntiationes in veras et falsas partiuntur. Non enim logici, sed alterius artificis munus est investigare et cognoscere, quae vera quaeve falsa de aliqua re sit enuntiatio. Sufficit logico si cognoscat quae bona vel mala sit.«

[68] Najvjerojatniji de Dominisov izvor: *Jacobi Zabarellae Patavini opera logica*, editio secunda (Venetiis: Apud Paulum Meietum bibliopolam Patavinum, 1586), u: »Liber de quarta

→

### Episcopus

Postquam Dominatio Vestra Reverendissima ita iubet, addam et quartam, in gratiam eorum qui sentibus delectantur.[69] Mihi via plana in-|[59]cedere iucundum est et sufficit prima figura, quin soli primi quattuor modi eius, ad quos caeteri omnes reducuntur.[70]

## Articulus XXV.

### Archiepiscopus

Non proceditur in prima figura a genere ad species, nec in tertia a specie ad genus, neque in secunda separantur species ab invicem.[71]

---

syllogismorum figura«, cc. 101–132, na cc. 103–104. Ipak, toj figuri Zabarella upućuje ozbiljne prigovore, a de Dominis ne da naslutiti što od Vrančića očekuje pri obradi četvrte figure.

[69] Vidi Vrančićevu dopunu u *Novoj logici*: Verantius, *Logica nova* (1616), u trećem odsjeku »III. De argumentationibus«, pp. 42–46, pod naslovom »Quarta figura syllogismi«, na p. 45 (sl. 5).

Dodajući odlomak o četvrtoj figuri silogizma Vrančić udovoljava de Dominisovu prigovoru, ali samo »radi onih koji se vesele trnju«, čime daje do znanja da mu je poznata tradicija koja od Averroesa preko Nifa do Zabarelle smatra četvrtu figuru neprirodnom. Usp. E. J. Ashworth, »Some Notes on the Syllogistic in the Sixteenth and Seventeenth Centuries«, *Notre Dame Journal of Formal Logic* (1970), pp. 17–33, na pp. 22–27.

[70] Vrančić upućuje na odlomak iz *Logike* koji je u *Novoj logici* dopunio i postavio prije novoga odlomka naslovljenoga »Leges quattuor modorum primae figurae«.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), $f_2$. 33r:

»Modi utiles et boni in prima quidem figura sunt novem, in secunda quattuor, in tertia sex, omnes undeviginti. Soli primi quattuor sunt perfecti, reliqui ad eos reducuntur. De iis exstant versus.«

Usp. Verantius, *Logica nova* (1616), p. 46:

»Modi utiles et boni in prima quidem figura numerantur novem, in secunda quattuor, in tertia sex, omnes undeviginti. Ex his soli quattuor primae figurae sunt recti, reliqui obliqui et ad superiores reducuntur; de illis igitur solis loquamur.«

[71] De Dominis ukazuje Vrančiću da nije ispravno sažeo glavna obilježja prve, druge i treće figure silogizma.

Usp. [Verantius], *Logica* (1608), $f_2$. 32v:

»Prima figura procedit a genere ad species, tertia a specie ad genus, secunda vero diversas species ab invicem seiungit.«

Usp. Matija Vlačić Ilirik, *Paralipomena dialectices*, preveli i priredili Josip Talanga i Filip Grgić (Zagreb: Školska knjiga, 1994), p. 11:

»Progressio in argumentando fit aut a genere ad speciem, unde prima figura oritur; aut contra, unde tertia; aut diversa distrahit, unde secunda.«



De Argumentationibus. 45

functus,eam non ingreditur. Hoc de Affirmante Sillogiſmo dicimus; Negativum enim ſimiliter contrarium officium facit. Nam Medius Terminus alteri ſeſe conyungens, ab altera verò diſſidens, diſcordes eos reddit.

Sillogiſmi habent (uti diximus) ſuas Affectiones,qvæ vocantur Figuræ,& Modi.Figura eſt certa diſpoſitio Terminorum. Hæ Figuræ ſunt Qvatuor: qvater enim hij tres Termini, aliter atqve aliter inter ſe conyungi, ſeù combinari poſſunt.

*LEGES QVATVOR FIGVRARVM Sillogiſmorum.*

*Prima Figura Sillogiſmi.*

In prima Figura,Medius Terminus alteri extremorum Terminorum,in mayori Enunciatione ſubyjcitur, & de altero in minori prædicatur.

*Secunda Figura Sillogiſmi.*

In Secunda Figura, Medius Terminus de utroqve extremo Termino prædicatur.

*Tertia Figura Sillogiſmi.*

In Tertia Figura Medius Terminus utriqve extremo Termino ſubyicitur.

*Qvartà Figura ſillogiſmi.*

In Qvarta Figura, Medius Terminus de uno qvidem Extremo Termino,in Mayori prædicatur, & in Minori alteri ſubyicitur.

Modus,eſt certa diſpoſitio trium Enunciationem in Sillogiſmo, ſecundum Qvalitatem & Qvantitatem earum.

Modi igitur Sillogiſmorum ſunt duplices,ſecundum duas Speties Enunciationum: Nam uno qvidem Modo, uti à principio diximus, omnis Enunciatio,aut Affirmat aut Negat: Altero verò Modo, aut eſt Vniverſalis,aut Pluralis,aut Singularis.

*LEGES HORVM DVPLICIVM MODORVM.*

*Primus Modus Sillogiſmorum.*

Ex duabus Enunciationibus Negantibus, nihil concluditur.

*Secundus Modus Sillobiſmorum.*

Ex duabus Enunciationibus Singularibus, itidẽ nihil concluditur.

*Tertius Modus Sillobiſmorum.*

Si duarum præmiſſarum Enunciationum, altera Negans fuerit, neceſſe eſt ut Concluſio qvoq; ſit Negans.

*Qvartus Modus Sillogiſmorum.*

Si duarum præmiſſarum, altera fuerit Pluralis aut Singularis, Concluſio qvoq; talis erit.

*Id eſt*

**Slika 5.** Odlomak o četvrtoj figuri silogizma: dopuna nakon de Dominisova prigovora. Faustus Verancius, *Logica nova suis ipsius instrumentis formata et recognita* (Venetiis: Apud Ambrosium et Bartholomaeum Dei, 1616), p. 45. S dopuštenjem rimske knjižnice Alessandrine.

### Episcopus

Hic vero agnosco meum errorem. Nam spinas horrens, incidi in eas, dum clausis oculis malui ducem sequi caecum quam propius accedendo rem penitius intueri. Ideo expungo dicta.[72]

## Articulus XXVI.

### Archiepiscopus

Quicquid dicitur de syllogismo et argumentatione est tantum compendium eorum, quae a logicis ordinariis dicuntur, et nimium breve, neque potest instruere logicum, cum nimis multa sint dicenda de demonstratione et syllogismo scientifico, tam ratione formae quam ratione materiae,[73] et auctor profitetur se *calle magis plano ad arcem scientiarum contendentes* deducturum.[74]

### Episcopus

Id quod professus sum, me praestitisse puto, quando ea quae, ut ipsa [Dominatio Vestra] asserit, nimis multa et, uti ego sentio, etiam nimis otiosa, logici ordinarii de demonstratione et aliis dicunt, rescidi, rem in compendium contraxi. Sed consentiant ipsi prius et dicant quod est medium illius eorum demonstrationis scientificae. Dent aliquot exempla ex libris Aristotelis, qui eam tot conditionibus oneravit, et sequemur eos. Fateor me quaedam faciliora a longe ostendisse, vel quia piguit itineris vel quia pedagogis, qui in iis iuniores manuducere solent, nolui minerval praeripere.

At ego Dominatio Vestra Reverendissima nimium mihi indulgentem experior, dum minora tantum vulnera summo digito tangit. Itaque expectabo validiora cauteria,[75] quibus tam haec quam reliqua quae, multorum existimatione, et plura et maiora huius nostri foetus carcinomata sunt, curentur.

### FINIS

[72] Pošto je u svom odgovoru javno priznao da je tu pogriješio, Vrančić je cijelu tu rečenicu izostavio u svojoj *Novoj logici*.

[73] De Dominis sažima svoju ocjenu Vrančićeve logike tako što još jednom upozorava autora na, kako on to vidi, glavni nedostatak njegova logičkog kompendija: »jer mnogo toga još treba reći o dokazu i znanstvenom silogizmu i što se tiče forme i što se tiče materije.«

[74] U završnoj rečenici svoje ocjene de Dominis podsjeća autora na obećanje što ga je dao u predgovoru *Logike*: povesti »revne ravnijom stazom prema tvrđavi znanostī«.

Izričaj iz Vrančićeva predgovora *Logike* kosopisom istaknuo Ivica Martinović.

[75] Nakon »samo manjih rana«, kojih su se dotakli de Dominisovi prigovori, Vrančić priželjkuje i jače zahvate u tkivo »ovoga našega ploda«, kako naziva svoju *Novu logiku*, da bi izliječio njegove rane, dapače rak-rane »po mišljenju mnogih«.

Izvor: Faustus Verancius, *Logica nova suis ipsius instrumentis formata et recognita* (Venetiis: Apud Ambrosium et Bartholomaeum Dei, 1616), pp. 47–59.

Transkribirao i bilješkama popratio Ivica Martinović

# R. D. Archiepiscopus [Marcus Antonius de Dominis]

# Contra logicam R. D. Episcopi C[h]anadiensis [Fausti Verantii] ab amico amice observata [cum responsionibus auctoris Fausti Verantii] (1616)

Edidit / Edited by IVICA MARTINOVIĆ

The writing “Contra logicam R. D. Episcopi C[h]anadiensis [Fausti Verantii] ab amico amice observata” is the key link between Faust Vrančić’s two works of ‘logic minor’: his first philosophical work *Logica* (1608) and *Logica nova* (1616), his last work. He offers a dialogue between Marko Antun de Dominis and Faust Vrančić on the text of *Logica* (1608), and at the same time paves the path towards the text of *Logica nova* (1616), with which it was published.

To our current knowledge, only three copies of Vrančić’s *Logica nova* are extant: one copy is housed at the Research Library in Dubrovnik, which, according to the manuscript *ex libris*, until 1773 was among the holdings of the library of the Jesuit Collegium Ragusinum in Dubrovnik, under the shelfmark CR 20.836; the second copy is kept at the Biblioteca Universitaria Alessandrina in Rome, under the shelfmark *Miscellanea XIII b 4 3*; the third is filed at the Bibliothèque nationale de France in Paris, under the shelfmark 31556770. In transcribing the ‘dialogue’ between de Dominis and Faust Vrančić, I used the copies from the libraries of Dubrovnik and Rome. The existence of the Dubrovnik copy was already recorded in Šime Jurić’s bibliography of Croatian Neo-Latin heritage, *Croatiae scriptores Latini recentioris aetatis* (1971), and until now has been researched only by Srećko Kovač in the 1980s. Although Vrančić’s *Logica nova* (1616) is not as rare as his *Logica* (1608), of which only a single copy is extant, it falls among the *rarissima*. Vrančić’s *Logica nova* was also published without imprimatur. By doing so, Vrančić by-passed the Censorship Office of Venice and the possible enquiry about the identity of the “Most Reverend Archbishop” (*Reverendissimus Dominus Archiepiscopus*), the author of the objections to his *Logica* (1608).

The transcription of the writing “Contra logicam R. D. Episcopi C[h]anadiensis [Fausti Verantii] ab amico amice observata” was carried out according to the “Principles of the Edition,” published with my transcription of Vrančić’s *Logica* (1608).

The notes to this transcription include: (1) documentation of the references to the text of Vrančić’s *Logica* (1608), found either in de Dominis’ objections or in Vrančić’s

responses; (2) documentation of the effects of de Dominis' objections to the text of Vrančić's *Logica nova* (1616).

*Key Words:* Faust Vrančić / Faustus Verantius, Marko Antun de Dominis / Marcus Antonius de Dominis, Francisco Suárez; Plato, Aristotle; logic, definition, division, argumentation, fourth figure of syllogism; natural philosophy, astronomy

## *Acknowledgements*

I would like to thank the staff of the Research Library in Dubrovnik and its head, Dr Vesna Čučić, for allowing me to recurrently examine the Dubrovnik copy of *Logica nova.*

I also gratefully ackowledge the Biblioteca Universitaria Alessandrina in Rome, and Miss Marta Kovač from the interlibrary loan department of the National and University Library in Zagreb, for her kind assistance in obtaining a digitised copy of Vrančić's *Logica nova* shortly upon my request.

Special gratitude is due to Dr Daniela Fugaro, head of Alessandrina, for her permission dated 20 January 2017 to reproduce the pages from the rare copies of *Logica* (1608) and *Logica nova* (1616) by Faust Vrančić as illustration to this transcription.